

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1815

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

3025

L I T U R G I C I .

3026

phonarium, Officium Chori de Trinitate et de Dedicatione Ecclesiae, iterum Missae pro variis Necesitatibus, Benedictiones diversae, quas praecedit Exorcismus Salis et Aquae. Super Infirmos Sancti Gregorii Papae, qui tamen diversus est ab eo, qui in ejus Sacramentario apud Muratorium legitur, tum Missa: *III. Id. Jul. Natal. Sandae Margaretae*, post quam deficit Codex. Adiecta tamen est aeque vetusta manu: *Missa ad sandam sopbiam*, et recentiore, quae tamen Seculum XII. non excedat, *Missa Sabbato de sancta Maria*, alia pro peccatis, alia pro petione lacrimarum, alia pro amicis, et demum *Ordo in Palmis imperfectus*. Ceterum, qui egregium hoc Liturgiae Seculi X. Monumentum cum Collectionibus Hittorpii, Martenii, Muratorii, Gerberti &c. penitus contendere voluerit, multa quidem consona, non pauca tamen diversa, notatique digna deprehendet, quorum quaedam hic indicasse pro instituto suffecerit.

DCCCXXXI.

¹⁴⁹ Codex membraneus lat. Sec. IX. Folior. 230. f. perquam eleganter, licet a diversa manu, scriptus, et paene ad miraculum conservatus continet sequentia sacrae antiquitatis Κειμηλια. I. quidem Praefationes Quadragesimales a Dominica prima usque ad feriam quartam post Palmas ex Sacramentario Gregoriano. Leguntur hae in edit. Hug. Menardi Paris. 1642.

p. 37. 4. in edit. Opp. *Gregorii Paris. 1705. T. III. col. 37. f. in L. A. Muratorii Liturgia Rom. Vet. Venet. 1748. col. 300. f.* et recentissime in Cels. Principis, doctissimique Praefulsi *Mart. Gerberti Monumentis vet. Liturgiae Alem. P. I. typis Sanblas. 1777.* p. 37. 4. cuius Textui nostrum contendere juvat. *Dom. I. Gerb. corporalium*, nost. *secularium cum Paris. et Mur. Fer. III. gerb. non desinas — borteris*, nost. *non desinis — bortaris cum iisd. Fer. IV. gerb. terram producere iussisti*, nost. *producere iussisti cum Mur. sed Paris. produci. Fer. VI. gerb. tota alia*, nost. *eadem cum Paris. et Mur. Sabb. gerb. versus finem variat a nost. Paris. et Mur. Dom. II. gerb. exorantes*, nost. *cum aliis exorare. Fer. II. gerb. a noxiis liberare digneris incuribus*, nost. *cum aliis, a noxiis liberes insidiis. Fer. III. gerb. quatenus ab omnibus possimus semper abstinerre peccatis*, nost. c. aliis, *ut ad tua mereamur te opitulante pervenire promissa. Fer. IV. gerb. eius exemplo*, nost. *et aliis deest. Fer. V. gerb. qui pro peccatis nostris ingruentium malorum pondere premimur*, nost. *Paris. et Mur. qui peccatis ingruentibus. Fer. VI. gerb. tribuas medelam*, alii veniam. *Dom. III. gerb. et qui terrena delectione carnales epulas abnegamus*, *humanæ voluptatis &c. alii, et que terrena delectione carnalibus epulis abnegamus*, *humanae voluntatis &c. Fer. II. gerb. cum intenta supplicatione*, alii, *cum omni. Sabb. gerb. ut*

K k 3

quod

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1815

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

3027

C O D I C E S

3028

*quod ille indisrupta iejuniorum compleuit continuatione propria virtute nos imitari crebro valeamus &c. alii, ut quod ille iugi iejuniorum compleuit continuatione, nos adimplere ualeamus &c. Dom. IV. gerb. glorificantes et de præteritis te creatorem omnium et de venturis fructibus suppliciter exorantes, alii, et te creatorem omnium de preteritis fructibus glorificare et de uenturis suppliciter exorare. gerb. sed exhibita totiens solemnis deuotione iejunii, nost. et Mur. solemnis deuotione iejunia, Paris. exhibitis toties solemnis deuotione iejuniis. Fer. III. gerb. qui de coelo descendit — et mediante die festo ascendit, alii invertunt. Gerb. resurrecio ad vitam reparauit, hoc ab aliis abest. Fer. IV. gerb. ablutione purgati et recentiore manu, *loti*, alii a prima manu *loti*. Fer. V. gerb. Paris. et Mur. cuius bonitas bonitatem condidit &c. in nostro Praefatio consarcinata ex Fer. III. et IV. et illa, cuius bonitas &c. ad Fer. VI. reposita. Deest itaque Fer. VI. Praefatio, quae apud reliquos incipit: *qui est dies aeternus &c. Feria VI. post Dom. Pass.* gerb. *ut bene agamus. Accedit &c. alii, ut bene agamus, subsequitur, ne frustra agamus. Accedit &c. Dom. Palmar.* gerb. *dies sandus venturus, alii, dies venturus. Fer. IV. gerb. ut sic bodie acceptes confessionem peccatum nostrorum, quatenus die crastina spiritualium tribus incrementa donorum; bodie jejuniorum nostrorum vota suscipiens sic a pecca-**

tis emundes, ut bras &c. alii: ut sic nos bodie a peccatis emacules. ut bras uenerabilis cene dapibus facies. Hodie acceptes confessionem nostrorum peccatum. et bras tribus spiritualium incrementa donorum. Hodie iejuniorum nostrorum uota suscipias. et bras &c. Praefationibus his adhaeret titulo miniatu Missa In Ecclesiis Omnium Sanctorum. Apud Muratorium cit. col. 386. ex Cod. Othobonian Sec. circiter XI. de promta inscribitur: Missa Sanctorum, quorum Reliquiae ibidem babentur, et apud Gerbertum cit. p. 264. ex Cod. Sangallensi: Missa in honore omnium Sanctorum; deest tamen Muratorio quarta oratio, quae nobis Alia, Gerberto vero Super Populum audit. Missam hanc excipit absque titulo Benedictio Candelarum in Festa Purificationis B. V. hoc initio: Domine deus creator celi et terre rex regum et dominus dominantium &c. Nihil de hac in antiquioribus Sacramentariis, habetur tamen in Missali Romano parum variato ingressu et memoratur in Notis Hug. Menardi supracit. p. 41. Adscripta demum est, sed paullo recentiore manu Missa de S. Christoporo hoc titulo: VIII. kl. Aug. Natalis Sandi Xpiophori Martyris. Diversam ab hac exhibent Bollandiani T. VI. Julii ad b. d. Sed neque nostrae hujus Orationes, ut in Breviariorum extent, hodie de Christoporo leguntur. Praefatio vero sic habet: Aeterne deus. Pro cuius nominis ueneranda confessione beatus martyr Xpiophorus

rus

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1815

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

3029

L I T U R G I C I .

3030

rus diuersa supplicia sustinuit. et eadem vincens coronam perpetuitatis promeruit per christum dominum nostrum. Litanias ex aevo Ludovici Pii nomen Christophori continentates produxit Georg. Wicelius in Exercitamentis sincerae Piet. Francof. 1555. 4.

II. fol. 6. Sequitur insigne Calendarium Diptychum olim Coenobii Augiensis, quod a Lambecio Libro II. p. 320. promissum, a Sebast. Donato in append. de

Dittici degli Antichi, *Lucae* 1753. mendoza editum, Celfis. *Gerbertus* cum ipso Ms. rursus collatum et emendatum Parti I. Monum. Vet. Liturgiae Alem. supracit. eruditissimis notis illustratum ad p. 482. inferuit. Ut vero leviora etiam σφαλμάτα, quae inter imprimendum fortassis irrepsere, tollantur, Codice rursus in examen vocato, sequentia differre compéri:

M. Januario pro Genofevæ lege	<i>Genouefae</i>
Cundarth	<i>Cundhart</i>
Noti	<i>Nott</i>
M. Februario	— Righer
M. Martio	— Codescalh
	Reginhart
	Gailo
M. Aprili	— Cotpreh
	Heribraeh
	Righer
	Kerbart
M. Majo	— Hartpreh
M. Junio	— Rathlehe
M. Julio	— Wiacho
M. Augusto	— Amalpræt
	Woltfoltus
M. Septembri	— Antwant
	Radriani
	racinæti
	Hadabret
M. Novembri	— Thaftbold
	Hemma
	Teda
	decimas
	Cudachar
M. Decembri	— Perigher
	Sigiwrid
	Keridolfus

Cete-

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1815

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

3031

C O D I C E S

3032

Ceterum, quae hoc in *Calendario astronomica* sunt, charactere quadrato miniato scribuntur, feta vero et Defunctorum nomina litera minutiore, subin et recentiore. Recentissimus tamen, *Gerberto* judice, *Hiltibrath*, sive *Hilbertus* est Archiep. Moguntinus ad diem *II. kal. Jun.* cuius obitum Scriptores ad an. 937. vel 938. notant.

III. fol. 12. p. 2. habetur *Exorcismus et Benedictio Salis*, *Exorcismus et Benedictio Aquae*, et *Benedictio Salis et Aquae* pariter, omnia eadem, quae apud *Muratorium supracit.* in *Sacramentario Gregoriano* col. 467. leguntur.

IV. fol. 13. p. 2. sequitur absque titulo *Formula Theotisca Confessionis*, quam *Lambecius* ipsi *Carolo M.* inserviisse credidit, et *L. II.* p. 318. cum interpretatione germ. interlineari publicavit, unde evulsam *Kollarium* T. I. *Analeg.* col. 445. repraesentavit, quin tamen *Diederici von Stade* editione in *Specim. Lectionum antiquar. Francic. Stadae* 1708. p. 20. 4. uteretur, qua subplentur et explicantur ea, quae *Lambecius* non adtigerat. Putem tamen, Virum illum eruditum aberrasse in voce *Flezzi*, quam *Tegumentum* interpretatur p. 24. cum nob *flezzi* nob *betti* potius neque *locum in domo* neque *lectum* indicare videatur. *Fletz* enim sive *Flötz* in variis Germaniae Provinciis vel hodie atrium aut vestibulum in aedibus lapide stratum significat. *Eruvor* vide in praestan-

tissimo Cl. *Adelungii Lexico Germanico.*

V. fol. 15. p. 2. Incipit *Sacramentarium Gregorianum*, de quo varia jam praecerpit *Lambecius*, cum L. II. p. 299. tum *Additam. ad b. Lib. IV.* p. 1003. quae omnia *Kollarium* inde in T. I. *Analegor. col. 415.* transtulit, subiectis iis, quae *Gentilotus* aevo suo in hoc Opus adnotaverat. Haec vero, quamvis ad Codicis nostri *bistoriam* adprime conductentia, repetere hic supervacaneum ducimus, cum ab eo tempore Sacramentarium istud et *Muratorii*, et *Cels. Gerberti* curis lucem viderit. Itaque statim Exemplar nostrum et ab aetate, et ab elegantia, vividaque integritate maximopere commendandum describere adgredimur. Titulus litera unciali pictus versum primum aureum, alterum argenteum habet, reliquis rubro nigroque alternantibus ita, ut nigri rursus colore rubro, viridi, aut flavo adumbrentur. Est vero sequens: *In Nomine Domini. Incipit Liber. Sacramentorum. De Circulo. Anni. Expositum. (Super M litera parva s) A Sando Gregorio. Papa. Romano. Editum. (rursus litera s super M) Ex Authentico. Libro. Bibliothecae. Cubiculi. Scriptum. (supra rursus s) Inscriptione haec Lambecium inducere potuit, ut crederet hunc ipsum Codicem ab *Hadriano I. P. M. Carolo M.* dono missum fuisse, sed docuit nos *Gerbertus* in *Praef. P. I. Monum. supracit. praeter Codicem**

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1815

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

3033

L I T U R G I C I

3034

dicem nostrum, qui olim *Augiae Divitis* fuit, etiam *San — Blasianum*, *Rbenaugensem* et *Petersbusianum* eodem modo inscriptos esse, cuius rei rationem *Disquis. P. I. Disq. 2.* p. 77. ab edito *Caroli M.* repetit, quo introductionem *Ordinis Romani* in terris suis urgebat, unde complura *Exemplaria Roma* accersebantur. Ultimus versus sub titulo litera quadrata sed minore: *Qualiter Missa Romana Celebratur.* Atque, ut semel dicam, Tituli per totum Codicem omnes, maxime vero Officii in *Natali Domini*, *Paschate* et *Pentecoste*, Lineae et Literae initiales auro, argento, coloribusque variantes aevi *Carolini* magnificentiam spirant. Quo magis dolendum est folium a Titulo *primum*, quo *Introitus Missae* usque ad *Canonem*, imo prima ipsius *Canonis* verba *Te Igitur* continebantur, jam olim intercidisse; orditur enim nunc Codex: *Clementissime Pater per Ihesum Christum &c.* Commemoratio Papae in margine a secunda manu accessit: *et rege nostro N. et omnib. orthodoxis. atq. catholice. et apostolicæ fidei cultoribus.* ut in *Paris.* p. 3. Ad marginem item adscriptum est: *pro quib. tibi offerimus*, quod *Paris.* p. 3. et *Gerb.* p. 233. deest, adeo vero apud *Murat.* in *Otbob.* col. 2. Memoria Defunctorum *Gerb.* p. cit. hic non habetur. Sancti vero non alii nominantur, quam qui hodie et *Murat.* col. 3. Post: *Supplices Te rogamus &c.* deest Memoria Defunctorum. Pro *Agnete* legitur *Denis Codd. Theol. V. I. P. III.*

Agne, ut apud Reliquos. In *Liber nos &c.* post *Andrea* additur in margine: *Nec non et sancto gereone martyre tuo. cum sociis suis, et omnib. sanctis.* Unde credibile fit, Codicem aliquando etiam ad Dioecesin *Colonensem* pertinuisse. *Agnus Dei* bis repeatitur, contra ac aliis. Ordinem Missae excipit *fol. 20.* p. 2. *Benedictio Episcoporum*, *Oratio ad ordinandum Presbiterum*, et *Oratio ad Ordinandum Diaconum.* Haec extant *Paris.* p. 223. et *Murat.* col. 357. sed in secunda Orat. pro Episcopo nobis inseratum est: *benedictionis tuae* in eo effunde &c. quod deficit in *Murat.* Fol. 25. incipit ordo Missarum per annum hoc titulo: *In Nomine Domini. VIII. Kl. Jan. Id Est. XXIIII. Die. Mensis. Dec. Oratio. In Vigilia. Domini. Habetur Paris.* p. 5. *Murat.* col. 7. *Gerb.* p. 1. Exactus ad editionem *Muratorii* praeter leviores variationes in sequentibus differt: *Orationi ad Complendum Fer. V. post Dom. II. Quadrag. ad marginem habetur inserendum post quae: et sacrae nos deditos faciat seruituti et tuam*, quod *Muratorius* etiam in *Cod. otbob.* inventus. Feria VI. majore in oratione: *Oremus et pro christianissimo imperatore nostro &c.* voci *imperatore* alia manus imposuit *rege.* Feria VI. post Pascha ex duabus *Muratorio* deest haec *Oratio: Familiam tuam quaesumus domine dextera tua perpetuo circumdet auxilio.* ut paschali interueniente solemnitate. ab omni prauitate defen- *sa.*

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1815

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

3035

C O D I C E S

3036

sa. donis caelestibus prosequatur.
Extat tamen apud Gerb. p. 99.
VII. kal. Maias Oratio, quae Muratorio inscribitur ad Pontem Molbi, nobis est ad crucem, et vice versa. *Muratorio deest Missa separata S. Adriani,* quae nobis sic insignita est: *Mense Septembrio.*
VI. Idus. Sept. Id Est. VIII. Die, Mensis. Septembris. Natalis. Sancti. Adriani. Orationes incipiunt: *Pr. quaeſ. omnip. Deus, ut qui beati Adriani &c. Secreta: Munera quaeſ. d. tibi dicata sanctifica &c.* Ad Compl. Beati adriani martyris tui domine intercessione placatus &c. Habetur apud Gerb. p. 174. A fol. 132. p. 2. et Oratione, quae inscribitur: *Quando levantur Reliquiae, omnia nobis procedunt, ut apud Murat. a col. 241. usque ad col. 273.* exceptis, quae sequuntur: Inter Orationes pro Peccatis hae duae: *Deus, qui culpa offenderis &c. et Deprecationem nostram quaeſ. omnip. Deus &c.* nobis ad finem rejectae sunt. Ex tribus Murat. Orationibus pro Peste, nobis inscriptis de Mortalitate tertia abest. Abest denique Oratio pro defuncto Episcopo apud Murat. col. 272. Orationi de Pontifice ordinando adiuta. A fol. 157. incipiunt Missae Votivae, quas ordine enumeramus, additis ad singulas Editionibus, in quibus habentur. **Die Dominica de S. Trinitate. Murat. col. 381. gerb. 260. Feria II. de Sapientia. gerb. 261. Feria III. de Spiritus Sancti Dono postulando. Murat. 383. gerb. 261. Feria IV. ad postulanda**

Suffragia Angelica. Murat. 386.
gerb. 261. Feria V. de Caritate.
gerb. 262. Post hanc Missam, vi-
tio credam Compactoris, inserta
est Alia Missa pro Infirmis, item
Missä pro sterilitate. Prior est
composita ex Orationibus: Deus,
qui facturae tuae &c. Deus, qui
b humano generi &c. et Virtutum
caelestium Deus &c. quae sparsae
habentur Murat. col. 211. gerb.
310. Altera occurrit apud gerb.
300. Sequitur Feria VI. de San-
cta Cruce. gerb. 263. Sabbato de
Sancta Maria. gerb. 263. Murat.
ad feriam III. col. 388. In Vigilia omnium Sanctorum. gerb. 190.
In Natale Omnis Sanctorum.
gerb. ibid. Missa Cotidiana in San-
ctorum. Mur. 384. gerb. 264. Missa in Dedicatione Ecclesiae
Anniversarii. Mur. 186. gerb.
229. Missa pro Congregatione
Sanctae Mariae. gerb. 265. Mis-
sa pro Salute Vivorum vel in
Agenda Mortuorum. gerb. 268.
Missa Sacerdotis propria. Mur.
385. gerb. 291. Alia. gerb. 293.
Alia. gerb. 294. Missa pro Regibus. gerb. 277. sed ille legit: *chri-*
stianorum ubique Redorem, no-
ster vero: francorum ubique redore-
m. Missa pro Pace. Mur. 203.
gerb. 276. in not. Missa pro Pe-
catis. Mur. 200. gerb. 272. Mis-
sa in Tribulatione. gerb. 274.
Missä pro Caritate. gerb. 300.
Missä tempore belli. gerb. 277.
In Orat. 1. ut romani nominis
&c. superscriptum nobis christiani.
Missä contra Temptationes Carnis. Mur. 387. gerb. 298. Missa
pro Temptationibus Inimicorum
invi-

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1815

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

3037

L I T U R G I C I .

3038

*invissibilium, vel Cogitationib. Cor-
dis inmundis. gerb. 297. Missa pro
Petitione Lacrimarum. Mur. 387.
gerb. 298. Missa in Monasterio.
gerb. 278. Missa pro Uoto sive
Confessione. gerb. inscribitur Mis-
sa uotiua pro remedio animae 286.
et 287. Mur. tantum votiva, col.
193. Missa pro Iter Agentibus.
gerb. 287. Missa pro Infirmo. Mur.
212. gerb. 311. sed nobis Secre-
ta praeter clausulam consuetam:
de eius salute laetemur, habet et
hanc alia manu additam: tua gra-
tuita misericordia liberetur. In ult-
ima item Orat. post verba: ec-
clesiae tuae sanctae interseritur ex
margine sanus et in columis. Missa
pro Salute unius Vivi. Mur. 194.
gerb. 280. Missa pro salute Vi-
vorum. Apud Gerb. 284. inscribi-
tur Missa pro Amicis viventibus.
Missa pro Salute Vivorum. Mur.
195. gerb. 269. Missa Specialis.
Oratio prima paullum mutata
gerb. 281. Reliquae duae in alia
Missa 284. Missa pro Amicis vi-
ventibus. Mur. 196. gerb. inscri-
bitur Missa pro Caritate. 299.
Missa pro Eleemosinas facientibus.
gerb. 283. in not. Missa in Agen-
da Mortuorum. gerb. 321. Item
Missa pro Defunctis. gerb. 323.
Item alia Missa pro Defunctis.
gerb. 324. Missa pro defunctis
Fratribus. gerb. 324. Missa in
Cymiteriis. gerb. 326. Mur. 223.
sed cum alia Secreta. Missa An-
nualis. gerb. 328. Missa in Die
Depos. Tertia, vel Septima, vel
XXXma. gerb. 328. Haec tenus
Missae votivae, quae, quam alio
ordine procedant, ac in editis,*

liquidum est. Illud addimus, sae-
pe saepius vel in nostro, vel in
editis deesse orationem, quae in-
scribitur *Alia*, et Praefationem,
lectionem etiam in iis, quae utro-
bique adsunt, non raro aliquan-
tum variare. A fol. 185. incipi-
unt Missae Dominicarum per an-
num a Dominica I. post Nat. Do-
mini, usque ad Dominicam XX.
III. post Pentecosten, quae exa-
ete *Muratorianis* a col. 158. —
176. respondent. Dein sequuntur
hae Missae: *In Vigilia Theophan-
iae. gerb. 15. Sabbato ante Qua-
dragesimam. Notatur apud gerb.
37. In Vigilia Ascensionis Domi-
ni. Orationes: Adesto Domine
Supplicationibus nostris &c. Haec
munera domine quaesumus &c. et
Tribue quaesumus domine &c. ha-
bentur sparsae gerb. 122. 119.
et 121. In Natali Sancti Benedi-
ti. gerb. 150. In Decollatione S.
Iohannis Bapt. gerb. 171. sed no-
bis ad Complendum: *Sancti nos
domine quaesumus iohannis baptis-
tiae oratio. et assequi faciat semper
mente quae gerimus. et debitae ser-
uitutis actione perfrui. In Vigilia
Apostolorum Simonis et Judae. gerb.
188.**

VI. fol. 198. p. 2. incipit Be-
nedictionale Episcoporum. Inscriptio
est litera unciali miniata: Be-
nedictio in Vigilia Natalis Domini.
Benedictionale istud Lambecius,
ineditum ratus, L. II. p.
300. edidit, et fiderter Gregorio
adtribuit. Visa dein Hugonis
Menardi editione Gregoriani Sacra-
mentarii, in quo plurimae ha-
rum Benedictionum sparsae legun-
tur,

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1815

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

3039

C O D I C E S

3040

tur, id ipsum L. IV. additam. 5. ingenue indicavit. Verum, cum nihilominus quaedam nostrarum Benedictionum apud Menardum desiderarentur, eas ex cit. Lambecii Libro PP. Mauriani in T. III. Opp. Gregorii ad pag. 621. inseruere. Edidit subin easdem Benedictiones Muratorius in Sacram. Gregor. a col. 362. et Gerbertus in Monum. Vet. Liturg. Alem. a p. 331. Lambecianam vero Editionem Kollarium T. I. Anale&t. a col. 419. repreäsentavit. Gregorii foetum non esse sensit Mabillonius Comment. in Ord. Rom. p. 52.

VII. a fol. 220. Series Missarum paullo recentiore manu scripta Codicem terminat, quas, ut supra factum, enumerabimus. *Missa pro Amico vivente.* Orationes incipiunt: *Rege domine quaesumus &c.* *Grata sit tibi domine &c.* *Subiectum tibi famulum &c.* Non habetur apud Murat. et Gerbert. *Missa pro Vivis atque Defunctis.* Gerb. 270. inscripta est *Missa communis S. Augustini.* *Missa pro Rege.* Mur. 188. Gerb. 276. et in *Missali Rom.* *Missa pro Rege et Coniuge Populoque sibi subiecto.* Murat. praenotatur col. 201. *Missa in tempore Belli,* sed multum variat. *Missa generalis vel omnimoda.* gerb. 296. sed nobis alia Praefatio: *ut precibus beate mariae semper virginis &c.* et alia Oratio post Comm. *Tuam deprecor domine clementiam &c.* *Missa pro Abate et Congregatione.* Gerb. 271. inscribitur *pro omni gradu ecclesiastico,* et ubi ille legit: *Re-*

*gem, Antistitem et Abbatem nostrum seu omnes congregations illis commissas, et nos famulos tuos, atque locum istum, nobis rescriptum est: episcopum nostrum et omnem familiam sancte mariae sibi commissam. Missa Sancti Ambrosii Episcopi. Da nobis quaesumus domine &c. Suscipe munera &c. Praef. Te precamur domine deus noster &c. Quod ore sumpsimus &c. Sparsum inter Missas Ambros. apud Gerb. 240. et 241. excepta Or. post Comm. Missa pro Tribulantibus vel pressuram sustinentibus. gerb. 274. sed nobis alia Praefatio: Per quem te summe deus rogamus &c. Missa ad repellendam Tempestatem. Mur. 208. gerb. 303. in not. Missa pro Fame ac Pestilentia repellenda et Sterilitate Terrae. gerb. 300. 302. 303. sparsim. Missa pro Pastoribus Aecclesie, ut in *Missali Romano.* *Missa pro Sacerdotibus.* Orat. Domine Deus noster uerax promissor &c. Secr. His Sacrificiis domine benignus acceptis &c. Post. comm. Perfice domine benignus in nobis &c. Missa pro omni Gradu Aecclesie. Orat. Exaudi quaesumus domine pro omni &c. Super Obl. Suscipe quaesumus domine preces &c. Post comm. Tua nos domine medicinalis &c. Has ultimas duas Missas apud citt. non reperimus.*

VIII. fol. 225. p. 2. Benedictiones quaedam adduntur hoc ordine: *Benedictio Aquæ cum Ligno Sanctæ Crucis contra Febrem.* Duplex est oratio. Prior: *Domine ihesu christe fili dei uiui qui secundum magnam dispensationem in-*

car-

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1815

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

3041

L I T U R G I C I .

carnationis tue in ligno crucis mori
uoluisti ut per tuam mortem huma-
num genus a perpetua morte libe-
rares. presta per inuocationem no-
minis tui ut hęc aqua atacu ipfus



sanctę crucis sanctificata. famulo
tuo N. quem ardens febris graui-
ter excruciat. proficiat ad corporis
animeque salutem. quod ipse presta-
re digneris qui &c. Altera: Do-
mine ibesu cbriſte qui pro nostra
redemptione per passionem tuam



boc lignum sanctę crucis sanctificare
uoluisti. concede propitius ut qui-
cumque banc aquam eiusdem fun-



de crucis tacu sanctificatam bau-
stu perceperunt. ab omni infirmita-
te mentis et corporis absoluantur.
qui cum &c. Integras adjeci, cum
neque apud Gretserum de Cruce,
neque in Martenii antiqu. Eccl.
Ritib. neque in Gerberti Monum.
quidquam de hac Benedictione re-
pererim. Benedictio in Festiuitate
Sanctae Mariae. Murat. col.

373. Gerb. p. 339. Benedictiones
Palmarum. I. Deus omnipotens
qui pro salute &c. II. Omnipotens
sempiterne deus. qui in diluuii &c.
III. Omnipotens aeterne deus mun-
di creator &c. IV. Deus qui filium
tuum ibesum christum &c. Est
Praefatio Gerb. p. 64. paullum
mutata. V. Omnipotens sempiterne
deus, qui de cælis &c. VI. Deus,
qui dispersa congregas &c. VII.
Adbuc petimus domine Sancte pa-
ter &c. Has omnes Benedictiones
ab Autoribus citt. abesse depre-
hendi. Benedictio Ferri iudicialis.

L 1 3

3042

Paullo brevior illa, quam Mar-
tenius produxit Antiquor. Eccl.
Rit. L. III. c. 7. p. 491. hujus-
que tenoris: Benedic domine per
inuocationem sanctissimi nominis
tui. ad manifestandum iudicium tu-
um hoc genus metalli. ut omni de-
monum falsitate procul remota. ue-
ritas ueri iudicii tui. fidelibus tuis
manifesta fiat. per dominum. Be-
nedictio dei patris. et filii. et spiri-
tus sancti. descendat super hoc fer-
rum ad discernendum iudicium dei.
Amen.

IX. fol. ult. Adnexae sunt Mis-
sa duae. Prima quidem in uigilia
Epiphaniae una cum indicatione
Epistolae et Evangelii. Haec ha-
betur apud Gerbert. p. 15. Ora-
tio tamen post Comm. Caelesti lu-
mine &c. apud illum ipsa die Epi-
phaniae in Missa Ambros. occur-
rit. Altera in Dedicacione Eccle-
siae est itidem apud Gerb. p. 226.
sed nobis in Benedictione deficit,
quae integra est apud eund. p.
341.

DCCCXXXII.

Codex membraneus lat. Sec. 34
XVI. ineuntis Folior. 252. f.
max. continet sacras precatio[n]es
inter Missarum solennia decanta-
ri solitas, videlicet Kyrie, Glo-
ria, Credo, Sanctus, Agnus Dei,
modulis musicis pluries a pluribus
Musurgis inclusas, et in quinque
linearum systemate eleganter exa-
ratas. Musurgorum haec fere sunt
nomina: Jac. Barbirianus, de Or-
to, Alex. Agricola, Jaspar, Jos-
quin, Verbonnet, Bruinel, Yzaac,
Lom-